



DISPUTATIO ETHICA
De
SPONTANEO ET INVITO
T H E S I S I.

Sunt Pontanei & inviti contem-
platio rum ad Ethicum spectat, tum
Politico iudici est utilis. Ille enim de Vir-
tutibus & vitiis agit, ut laudem vel vitupe-
rium sponte peractis tribuat, & præterea
doceat, quibusnam in vitiis actionibus venia,
reprehensio vel etiam commiseratio conveniat: hic vero, qui
iudicis praest, præmiorum vel pœnarum distributionem dex-
trè observare potest, si inter ea, quæ sponte vel in vitiè sunt
gesta, probe calleat discernere. De iis agit Aristoteles 3. Ethic.
ad Nicom. cap. 1.

2. Est autem invitum duplex, violentum seu servum fa-
ctum & per ignorantiam. δοκεῖ δέ, inquit Philosophus, ἀνγστα
εἴναι τὰ βία ή δι' ἀγνοίας γνώμην.

3. Violentum est, cuius principium ita est extrinse-
cum, ut ad illud nihil adjumenti conferat agens aut pati-
ens. Verba Philosophi hæc sunt: Εἰσαγγελής οὐδὲν εἶχε
γενναῖον τοιάυτην γνῶμην, εἰ δὲ η μηδενὶ συμβαίλεται οὐ πεπάθων η οὐ
πάρχων.

4. Ex qua definitione patet duo requiri, ut aliquid di-
catur fieri violenter. 1. Ut principium ejus sit foris. 2. Ut

A. 3 nihil